

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

5. de Effectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Expedit dare vunctionem cum periculum
mortis ex infirmitate probabile est, & suppe-
dendis aut decapitandis non est porrigenda ex-
tremā vunctione, quia Iacob. 5. *Infirmatur quis in
vobis. &c.*

Extrema vunctione, iterum conferri potest, si
infirmus postquam reualuisse videbatur, in
periculum mortis reincidat. Nam sicut cor-
poris ægritudo ad mortem disponens, & quæ
coniuncta esse solet animi depresso, iterum
incurri potest, ita & spirituale huius sacra-
menti remedium, tum ad corporis, tum ani-
mi subleuationem institutum repeti posse de-
bet.

Quod si verò idem periculum mortis daret,
& non extra probabile periculum mortis con-
stitutus sit homo, non potest repeti ratio, quia
hoc sacramentum ex propria institutione con-
ferri debet infirmo, non cuicunque, sed qui
secundum humanam estimationem in proba-
bili statu monendi; Ergò dum idem status, quam-
vis diuturno tempore duret, non est repetendum
sacramentum.

C A P. V.

De Effectu huius sacramenti.

SACRAMENTVM Extremæ Vunctionis
principaliter institutum est contra peccato-
rum reliquias (nam alia V. C. venialia ex-
tingue-

tingueret per pœnitentiam , patet id ex Apostolo , qui remissionem peccatorum huius sacramenti effectum esse ait , non absolute , sed conditionatè , si in peccatis est , quo satis significat , alium præter nunc magis proprium & principalius intentum effectum esse , quem antecedentibus verbis indicārat alleuiabit eum Dominus : Minus tamen principaliter hoc sacramentum institutum est ad salutem corporis , si animæ expeditat confundam.

NB. Reliquæ peccatorum sunt tepidas & torpor ex peccatis prouenientes , quo animus hominis deicitur , præsertim circa mortis ex infirmitate periculum .

Peccatori , quem sacerdos existimat attritum fuisse , antequam in phrenesin incidit , siquidem hoc sacramentum in eum etiam finem specialiter à Christo institutum est , vt tollat , si quæ reliqua manserunt peccata , pro quibus aliud remedium non suppetit .

³ NB. Pœna etiam temporalis remittitur in hoc sacramento , sed non integrè , si loquamur de Effectu sacramenti ex opere operato , sed secundum mensuram institutionis Christi .

Extrema Vnctio est sacramenti totius vitæ consummatuum , quia eo fine à Christo institutum est , vt tollat , si quæ adhuc restant , peccatorum reliquias , & salutis impedimenta , adeoque præparet hominem atque expeditum reddat ad introitum regni cœlestis .

Effe

Effectus sacramentalis confertur , cum sacra-
mentum essentialiter constitutum est : id enim
commune est sacramentis , quod effectus eorum
sequitur ex opere operato , id est , eo ipso , quod
Sacramenti substantialis entitas posita est , idque
secundum proportionem causæ physicæ supposi-
tia capacitate subiecti.

Sacramentum extremæ unctionis non videtur ⁴
subsistere , & effectum operari , donec omnes
quinque sensus uncti sunt . Sumi id debet ex
constitutione Christi , quam accepimus per tradi-
tionem Ecclesiæ , communiter usurpantibus quinq;
sensuum Unctiones , tanquam necessarias ad va-
lorem sacramenti . Ratio congruentia est : quia
sic demum peccati reliquiarum abstergio atque
integra animæ sanatio significatur , si rationes
cum verborum formulæ adhibeantur quinque
sensibus , quippe quæ radices esse solent omnium
peccatorum . Medina tamen ait , quamlibet
unctionem suam formam habentem esse sacra-
mentum ad eum modum , quo ordo & Eucha-
ristia partibus integrantibus constant , seu mate-
riam & formam partiale habent , quam-
obrem in susceptionem cuiuslibet sa-
cri ordinis , V. C. gratiæ Effectus
confertur .

1690
C A P.